



Occasionalia *VI-179*
potissimum carmina
vol. Tafel. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Un. q.

VI-179



ADPLAUSUS VOTIVI

QVIBUS

PER-EXIMIUM, CLARISSIMUM
AC DOCTISSIMUM

DOMINUM

JO. ALBINUM

BUCHSBAUM,

SEYDA-SAXONEM, J.U.C.

CUM

IN ALMA WITTENBERGENSI

SUMMOS

IN

PHILOSOPHIA HONORES

D. XVII. OCTOBRIS,

A. O. R. MDCCC XVIII

ACQVIRERET,

EXCIPIEBANT

PATRONI, PRÆCEPTORES,

FAUTORES, ATQVE AMICI

VITEMBERGÆ,

LITERIS SCHROEDERIANIS, ACAD. TYP.





Octa Magisterii doctus BUCHS-
BAUMIUS aufert
Praemia. Sic studiis incubuisse
juvat.

*Felix honorum Academicorum auspicio
gratulatus scripsit*

Martinus Hassen, Moral. ac
Civil. P. P. h. t. Acad. Pro-Rector.

VIR MAGNIF.
DN. D. GOTTLIEB WERNSDORFF.
tunc collectione erat profectus.

*Non nisi post multos veniant cum larga labores
Praemia, en hos testes sedulitatis habes!*

*Clariss. Dno MAGISTRO novos
honores gratulatur*

Martinus Chladenius, D.

Ut vigeat, voveo, BUCHSBAUMIUS arbo-
ris instar,
Laurinis ramis cingit Apollo caput.
Georg. Frid. Schroerer, D.
Non

Non tantum menti tanquam panacea medetur,
Sed quoque cultores laude Thalia beat.
Sic TIBI BUCHSBAUMI Phoebeae frondis honores
Dat Sophie : Spondet plura brabea Themis.

J. Balth. Wernher, D. Ordin.

*Culta diu Buxus, multo sudore rigata,
Et vigili Sophies ablaqueata manu!
Ecce TUÆ frondes surgunt in germina lauri:
Gratulor & longum sit decus hocce precor.*

Gebh. Christ. Baffineller, D.

Jam meruit Sophiae titulos BUCHSBAUMIUS arte,
Ingeniique bonis ulteriora petit.
I, livor, rabidisque TUIS freme dentibus, uni
Nilquam ringendo prospera plura dabis.

*Hiscæ novos honores Clarissimo ac Nobilissimo
Dno. BUCHSBAUMIO gratulabatur*

Godfridus Ludov. Mencken, D. & P. P.

Æternum vigeat laurus TUA; Quæ TIBI Virtus,
Prima dedit, ne sint ultima dona, precor.

*Benevolentiae testandæ
causa adjeci*

Jacobus Carolus Spener,
D. & P. P.

Praemia virtuti non defunt; Laurea summis
Parnassi prognata jugis insignia cingit
Tempora scendentum. Plus ultra est. Amplior illas
Scena manet dotes, (libeat modo pergere) vitrix.

Christian. Vater, D. & P. P.

X 2

Affiduo

*Posthac Aonios inter pars magna sodales
Ibis, cumque novo nomine crescet honos.
Sic praestat Clarias animum duxisse per artes;
Teque DEUS fato prosperiore beet.*

De novis in Philosophia honoribus
congratatur

Adam. Brendelius, D. Anatom.
& Botan. P. P.

Affiduo segetem studio committimus arvis:
Sera venit messis quae sine laude venit.
Eximias messes ex voto spondet Apollo,
Qui TIBI Parnassi praemia prima dedit.

Christoph. Henricus Berger, D.
Fac. Jurid. Assessor.

*Vitta Magistrali circumdare, docte MAGISTER:
Gratulor ex voto caetera cuncta fluant.*

gratulabundus scribebat

M. Jo. Samuel Luppis,
Fac. Phil. Assessor, ejusdemque
p. r. Decanus.

Obscuris virtus nescit latitasse sub umbris,
Tollere sed frontem tentat ubique SUAM.
Hinc, BUCHSBAUMI, etiam decoraris honore
MAGISTRI,
Et vivis docto DOCTOR in orbe novus.

Gratulabundus scrib.

Jo. Christoph. Wichmannshausen,
L. L. O. O. Prof. Publ. & Facult.
Phil. Sen.

*Gratulor ex animo collatum jure brabeum,
Insemul & studiis prospera dico TUIS.*

Georg. Guil. Kirchmaierus, P. P.
Non

Non miror Sophiae summos TE affumere honores,
Cui Themis ipsa cupit praemia summa dare:
Dignum namque illis TE novimus; his quoque dignum
TE, novi, dudum judicat ipsa Themis.

Henr. Clausing/ Theol. D.
ejusdemque et Math. P. P.

Nunc laeto carpis, MI FAUTOR, praemia vultu,
Ingenii dotes quae meruere TUI.
Maximus illa TIBI, ceu fas, impertit Apollo,
Imponens capiti laurea ferta TUO.
Insistas coeptis, paucillo tempore crescet,
Fama TIBI, nullis emoritura modis.

gratulabundus f.

Ern. Christ. Schroederus,
Prof. Publ.

Carpit virtutis fructus BUCHSBAUMIUS, atque
Praemia sudoris: sint TIBI fausta, precor.

M. G. Loecher, D.

Culca TUIS studiis multos jam gnaviter annos,
Virtus, pro meritis laurea ferta refert.
Non etenim patitur. Sophie sua rara colentes,
Nobile littorea spargere semen humo.

Honores in Philosophia summos virtute & in-
dultria partos CLARISS. BUCHSBAUMIO
gratulatur

Io. Guil. Janus, Hist. Prof. Publ.

Raras doctrinas in Te, variasque, uidemus,
BUCHSBAUMI, quas iure Tibi gratamur,
Apollo,

Quas propterque Tibi summos donavit Honores,
Hinc exoptamus, tam multaue, raraque, multis
Queis bene fungaris seclis, ut munera gignant

Fridericus Struntzius, P. P.

X 3

Eregie

*Egredie Sophicas jungis cum jure camoenas,
Atque ex fonte bibis justis rectique salubrem
Notitiam, solido Sophias fundamine nixam.
Contende his instructus alis ad maxima quaeque,
Et claresce precor semper felicibus ausis.*

deproperabat

I. F. Weidlerus, P. P.

Qui studuit *Sophiae* doctos evolvere libros
Huic *Lauro* cingit summos Apollo caput.
Hunc *TUA* quem meruit virtus nunc grator honorem,
Sit *TIBI*, sit *Patriae*, sit decus atque *TUIS*.

*Hicce summos in Philosophia honores ca-
pessenti gratulari voluit*

Io. Casp. Brendel, D.

Quam bene conveniat cum *Buxo laurea*, quantum
Cognati decoris, sapientia legibus addat,
Utraque insignis *BÜCHSBAUMI* fronde, *TUARUM*
Praemia virtutum, monstra, ulteriora, petendo.

In honorem Domini *MAGISTRI*
hoc apposuit

Mich. Balthaf. Hildebrandt, D.

Non patitur tempus me longos ducere versus,
Pectoris exponam carmina vota brevi.
Felix sit Titulus, felix vox illa *MAGISTRI*
Et semper vigeat, quo decoraris, honor.

Ioh. Godofredus Kraus, D.

Quin age sic coeptis studiis decurrere perge,
Currentem meritis concomitetur honor.
Prospera fors semper doctis se commodet ausis,
Assiduoque operi praemia justa ferat.

gratulandi animo adjecit

Christian. Iacob. Heil, D.

En!

*En! cingit SOPHIE BUCHSBAUMI tempora lauro;
Offerat et similem mox, THEMIS ALMA precor!*

*Haec pauca gratulabundus
adjecit*

Christianus Hoffmann/
Phil. et Jur. Utr. D.

Fausa TIBI sint ista precor, quae premia ponit
Insignis Sophie meritis de Pallade tantis!
Fausa TIBI eveniant, et quae TIBI destinat alma
In studio Juris Themis haud TE tarda sequantur.

Christianus Lemcke, D.

*Dum viridi nectit Phoebus IUA tempora laura,
Pura, ait, hinc, servo praemia sancta Themis.*

*Haec gratulabundus in hono-
rem Dni Candidati
scr.*

D. Joh. Christianus Dertel.

S bleibet doch darben: Wer Kunst und Weißheit liebet/
Und nicht nur oben hin sich in der Tugend übet/
Dem kan der Ehren-Granz doch endlich nicht entgehen/
Es muß die Tugend Ihn je mehr und mehr erhöhen/
Ein Ruhm steigt Himmel an / und Seines Namens-Zier/
Geh't andern wie das Gold dem schlechten Eisen für.

*Dies alles trifft mein Freund! bey Ihm vollkommen ein/
Drum wird Sein Name auch wie Buchsbaum grüne seyn.*

Johann George Conradi, D.

Haec mea vota: DEUS partum bene vertat honorem,
Ut prosit Patriae, prosit itemque TIBI

Dedit

E. G. Reiche, D.

Expositi studium Sophiae, quam semper amasti
Ut lauri frondes tempora docta gerant.

*Hos TIBI laetatus collatos grator honores,
Exornetque comas insula Sacra, precor.*

Johannes Roethingius, D.

Sinis

Sint TIBI felices, quos nunc capis, Artis honores,
Ad laudem cedant, Numinis, ipse precor.

Casp. Henr. Neumannus, D.

*Alma Themis quamvis oculos velamine candat,
Examem dubiae lancis, onusque videt.
Sic TUA BUCHSBAUMI dispensat lancibus aequis
Praemia pro meritis: Pondera plura dabit.*

Hic gratulari voluit

Joh. Theophilus Holstein, D.

Quam TE Pierides myrtis hederisque coronant,
BUCHSBAUMI, quam TE laurea ferta decent?
Quam micat in viridi TUA gloria culmine Pindi
Quam dignam laudem sedulitatis habes?
Nonne ego sincera grates quoque mente brabea
Phoebus cum summa quae TIBI laude dedit.

Honoris causae haec pauca
adjecit

Abr. Vater, Phil. et Medic. D.
et Prof. Publ. Extraord.

*Auxiliante DEO constans amor omnia vincit,
Atque parum fati tetrica tela timet,
Carpit apis studiosa Thymos, & mella reponit:
Et fert in somnis digna brabea labor.*

Gratulor TIBI ex animo brevibus hisce lineis, sed majori effectu
divini Numinis benedictionem & prosperrimos Rerum exitus
de vore ex opto. vale! Dab. ex Museo Witteberg d. XIX.
Octob. A. O. R. MDCCXIIIX.

D. Joh. Mich. Müller.

Sic decorat meritas frontes sua laurea. Virtus
Cui TE das, studiis praemia plura dabit.

gratulandi causa adjecit.

Joh. Theod. Neukranz, D.

Pascere

Pascere jam fructu studiorum pascere felix
BUCHSBAUMI titulis quos tibi Musa dedit
Maeste TUA virtute! TUUS TE ducat Apollo
Prorsus in Aonii culmina summa jugi!

*Breve haec votum in honorem Clariss.
Dni MAGISTRI BUCHSBAUMI
adjicere voluit*

Jo. Christian. Hoffmann,
Licent. Medic.

*Nuper, ut Aonio confedit vertice Phoebus,
Atque omnis circum turba novena stetit;
Praemia nunc, inquit Sophies meditabor Alumnis.
Dicite, Pierides, quos retulisse juvet.
Commendant, celebrant. Hunc nostrum summus Apollo
Ipse putat dignum, quem comitetur honor
Dixerat: At Phoebò laetae plaufere Sorores,
Et jugamox votis personuere novis.*

*Summos eosque bene meritos in Philoso-
phia honores gratulaturus*

M. August Wolffius, Ecclesiast.

Demetis assiduae fructus & praemia curae,
Progignet messem messis opima novam.

*Ita honores in Philosophia summus virtute &
ingenio partus Clarissimo Domino MAGI-
STRO BUCHSBAUMIO gratulatur*

M. Johannes Henricus Reilmannus,
Ecclesiastes.

*Assiduis Buxus studiis & Pallade culta
Exiguas quondam frondes in germina lauri
Paudit: Habe primae laudis ea praemia: servat
Plura Themis fauatrix operum generosa TUORUM.*

*Haec pauca Amico & FAVORI suo de novis
honoribus gratulabundus dabat*

M. Jo. Ephraim Hartungius, Diac.

CS

Ue geht das **M.** vorher ein **D.** wird endlich folgen /
So wird der Weisheit **M.** in **Juris D.** verkehrt :
Herr Buchsbaum ist bereits in die Schaar angenommen/
Wo man vor Seinen Fleiß **Ihn** als Magister ehrt.

M. Herrmann Becker / Adj.

Ut *Buxus viridans, aestu vel frigore duro,*
Permanet: aequorem, DOCTE MAGISTER,
agas.

Seu faveat fortuna, tonet seu pectore firmo
Hinc esto: Numen deserit haudque suos.

Tesseram candidae adjeci mentis

M. Georg. Michaelis, C. H. Adj.

Hactenus assidua velut ardua nisibus arbor,
Ad summa tentas tollere erectum caput,
Nunc apicem monstras fragranti flore comantem,
Quo TE decorum reddit eruditio:
Spondeo, mox referes solidos cum tempore fructus,
Atque indies TUA crescet alte gloria.

ἔνθουιας ἔνεα

P.

M. Christ. Bernh. Bücher,
Fac. Phil. Assess.

Dum pridem meritum nunc demum fumis hono-
rem,
Compensabo moram foenore, Phoebus ait.

*Praenobilissimo, doctissimoque Domino BUCHSBAUMIO, Philo-
sophiae MAGISTRO recens creato dignissimo applaudit*

M. Jo. Christoph. Colerus, Fac. Phil. Assess.

Te juvat a pueris didicisse fideliter artes,
Noviter & studiis incubuisse TUIS.
Pro magnis etenim curis nunc praemia carpis,
Quae dedit ex merito FAUTOR Apollo TIBI,
Hos laetos toto TIBI pectore grator honores,
Atque TUIS studiis optima quaeque precor.

M. Frid. Jacob. Firnhaber, Adj.
Dulcia

Exemplum **TE** grande sui solertia dicit,
Quid valeat virtus jam didicisse licet.

Clariff. VIRO honores rite partos
collatosque gratularur

M. Justus Christianus Thorschmidius,
Fac. Phil. Adjunctus.

Dulcia sunt semper post pugnam clara brabea,
Et recreant gnavum munera justa Virum.
Gratulor ergo **TIBI** post multas praemia curas,
Votaque concipio, digna labore **TUO!**

Gratulandi animo adjecit

M. Hieron. Wigand Biel,
Ord. Phil. Aefflor.

Artes TE novi sedulo didicisse per aevum,
Vivere quo licuit, Fautor, amande **TIBI**.
Hinc Viteberga TIBI juste dat splendida festa,
Ut studii capias praemia laeta **TUI**.
Sustineas felix has dum concedat Olympus,
Ut titulo crescas officioque pio.

Gratulabundus scrib.

M. Joannes Zacharias Hilligerus,
Fac. Phil. Aefflor.

Hermen quam possint è **BUXO** fingere scitum
Artes, BUCHSBAUMI, quas colis usque, doces.
Omnis ad hoc arbor non apta est: utile lignum
Nunc porro Patriae sis, precor, atque DEO.

*Gratulabundus haec
addit*

M. David Bernhard,
Ord. Phil. Aefflor.

Dum Themidi Sophien non ficto foedere jungis,
Gratulor & Themidi, gratulor & Sophiae.

At

At TIBI, disjunctas quod confociare sorores
Instituis, laurum donat Apollo suam.
Altera ut alterius confortia fida requirit
Sic maneant nulla vincula rupta manu :
Perpetuoque TIBI decori fit laurus odera,
Et semper viridi tempora fronde tegat.

*In honorem Clariss. DOM. MAGISTRI
scripsit*

M. Christoph. Fridericus Ayrmannus,
Facult. Phil. Affector.

Accipe, *Amice*, decus, quod jam TIBI praebet
Apollo
Pro tot vigiliis laboribusque TUIS.
Ast, pergas propere currendo tangere metam,
Ipla DEI TIBI quam fixit amica manus.

*Haec pauca Nobilissimo, Clarissimoque Domino
Jur. Utr. Cultori & Philosophiae MAGISTRO
gratulabundus adjicere voluit*

M. Christ. Pfeuznerus, Esto-Livonus,
Fac. Phil. Affector.

BUCHSBAUMI, Pallas lauro TUA tempora cingit ;
Pluribus est titulis mox secutura Themis.

Summos in Philosophia honores, optime' meritos, Nobiliss. Dno, MAGISTRO, paucis his, plures honoris gradus & optans & ominans, gratulatur

M. Jo. Andreas Cleffelius, Ord. Ph. Affector.



Mag. Dr. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P
1077





ADPLAUSUS VOTIVI

QVIBUS

PER-EXIMIUM, CLARISSIMUM
AC DOCTISSIMUM

DOMINUM

JO. ALBINUM

BUCHSBA

SEYDA-SAXONEM,
CUM

N ALMA WITTENB

SUMMOS

IN

PHILOSOPHIA HO

D. XVII. OCTOBRIS,

A. O. R. cl3 l3CC XV

ACQVIRERET,

EXCIPIEBANT

PATRONI, PRÆCEP

FAUTORES, ATQVE

VITEMBERGÆ,

LITERIS SCHROEDERIANIS, ACAD

